



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XIX. Urbinaten. De repræsentatione an detur in emphyteusi; Et de  
concordia inter Episcopum & Civitatem Urbini super facultate disponendi  
quomodo intelligatur, Et an moriens possit in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

## DE EMPHYTEUSI DISC. XVII.

Rota & Curia receptam, vera sit supradicta propositio quod in emphyteusi ecclesiastica masculinū non concipit fœminū, ideoque fœmina non veniant sub nomine *filiorum, nepotum, & pronepotum*; Attamen hæc est nuda juris præsumptio, contrariais probationibus, vel etiam præsumptionibus & conjecturis elidibilis, cum non implicet, etiam emphyteusum ecclesiasticum posse fœminis convenire eodem modo, quo fortius ex frequenter *hoc eod. tit. deducit*, convenire potest quibuscumque extraneis, quia partium voluntati semper cedit quæcumque juris præsumptio.

Dicitam verò voluntatem satis desumi dicebam ex facultate nominandi per primū acquirentem procurata, & sic illam capiendam esse, non in eo sensu, quod ultimus masculus, sicuti potuisset quemcumque extraneum nominare, ita potuisset eamdem facultatem exercere ad favorem filiarum, sed capiendam esse pro conjectura voluntatis acquirentis quod universum ejus sanguinem, omnēque generationes, sive masculinas, sive fœminas sub concessione comprehendī voluerit, dum in istam defecutum, de cuiuscumque etiam extranei nominatione sibi prospexit; Et sic observabam nominationem remanere operativam, non in sua specie, & ex ejus propria virtute, sed tanquam dictæ voluntatis conjecturam.

Et nihilominus sufficere videbatur, ex præmissis rem esse probabiliter dubiam, ut proinde ex subsequenti concordia, in partium voluntate non fuerit faciendi omnimoda novationem, atque sublate de medio prima investitura novam ex integrō obtinere, sed potius id fuerit pro antiquo jure confirmando, prout in dubio regularis est natura transactionis, quod scilicet transīgens, cui res controversa jam per eum possessa dimititur, non dicatur de novo acquirere, neque illam jure novi dominii seu tituli obtinere, sed potius jure tituli seu dominii antiqui, ita magis confirmari per remotionem illius obstatuli, seu timoris, quem dubius litis evenitus inferebat *ad communiter not. in l. profundo C. de transact.* & habetur hoc tit. ac alibi frequenter, quoniam est conclusio vera & recepta.

Alia enim ratione accedente, quod juxta claram dispositionem textus in *l. finali Cod. de novat. hominum novatio non præsumitur nisi expressa dicatur, vel nisi omnimoda incompatibilitas vicem expressionis habendo illam inducat excusum per A. mat. var. resol. cap. 50. Cap. l. l. v. consult. 140. & passim.* Et ex hoc motivo, post plures disputaciones, tandem per scribentes pro aëtricibus prius in levioribus evagantes deducto, ita judicatum fuit, atque iusta mihi visa est resolutio, quam credo ansam dedisse honestæ concordie.

Occasione autem præmissa disputandi, ex parte agentium excitatum fuit motivum, quod ubi etiam expirata prima concessionē facta Petru Paulo, Angela & Catharina tanquam nova acquirentes cœlēs forent, adhuc tamen dum investitura habebat formam pæcti & prævidentiae, non potuerant filii & aliis in ea vocatis præjudicare, quia conclusio de primo acquirente titulo oneroso, ut successoribus præjudicare possit, procedere debeat, ubi est pater habens filios in potestate. Tum ex regula quod pater stipulando pro filiis contemplari eos censeatur tanquam heredes juxta receptionem traditionem glof. & Bartoli in *l. si stipulans s. pæctus ne peteret ff. de pæctis*, Tum ex altera via ratione, quod cum inter patrem & filium

donatio consistere non valeat, totum quod filius ex patris providentia obtinet, dicatur peculium profectum in ejusdem patris dominio & libera dispositione perseverans, ex iis quæ latè in proposito habentur deducta in Romana donationis pro creditoribus de Iordanis sub tit. de donationibus ac etiam sub tit. de feud. in Parmen. fendi dis. 12. Secus autem ubi est mater vel extraneus, quia utraque ratione cessante, cum stipulatio pro aliis implicitam continet donationem à jure non prohibitam, dicta disponendi seu præjudicandi facultas competens primo acquirenti qui sit pater, non intrat, ex iis quæ habentur in specie deducta per Gratian. discept. 405. quod etiam habetur firmatum in materia jurispatronatus aliis allegatis decisione 37. par. 7. recen. n. 2. cum seqq. & in Corionen. Capellani 7. Iunii 1649. & 23. Ianuarii 1651. coram Meltio, quarum prima est decis. 316. par. 10. rec. 5 altera 107. p. II.

Istud motivum in proposita facti specie, facilis negotio superabile mihi videbatur, quoniam dicta nova concessio, per concordiam ut suprà, facta, continebat expressam facultatem disponendi resulantem etiam ex clausula ad habendum, de qua quicquid sit in ordine ad præjudicium domini post finitam investituram, sive in ordine ad facultatem successorum, quoties cadere potest dubitatio, num percutiat solum primum acquirentem & non alios ut alibi *hoc eod. tit. & in Asten. seu Taurinen sub tit. de feud. dis. 108.* dubitandum non est, eam facere consuetam operationem in primo acquirente ita per hujusmodi clausulae impetrationē declarante, noluisse per stipulationem pro filiis, vel aliis, eis irrevocabiliter donare, cum passim detur operatio dictæ clausulae in primo acquirente, quamvis in successoribus non esset operativa.

Circumscripta verò dicta circumstantia, vel simili, diversam acquirentis voluntatem ut suprà ostendente, considerabam motivum non levem inferre difficultatem maturiori tamen judicio super eo reservato, quando casus controversiae præberet disputandi occasionem, cum in ista causa ad disputationis trutinam redactum non sit.

## URBINATE N.

PRO

PETRO MATTHEO MAGGIO

CVM

THEODORA MAGGIA AMITA.

*Responsum pro veritate extra Curiam.*

De representatione, An detur in emphyteusi, & de concordia inter Episcopum & Civitatem Urbini super facultate disponendi quomodo intelligatur, Et an moriens possit in præjudicium proximioris cui ex investitura debita est successio, disponere in extraneum vel remotiorem.

SUM.

## S U M M A R I U M .

- 1 **C**asus controversie.
- 2 **Q**uando qualitas hereditaria obstat nec nō venienti ex propria persona.
- 3 **D**e concordia Urbini circum facultatem disponendi.
- 4 **C**asus, in quo datur representatio in emphyteusi regiarviter prohibita.
- 5 **D**eratione consuetudinum vel concordiarum alterantium antiquas formulas & facientium bona emphyteutica alienabilita.
- 6 **A**n ut intret concordia, requiratur licentiadomini.

Guglielmus

Julius

Guglielmus junior, Theodora, Elisabeth

Petrus Matthæus

## D I S C. XIX.

**A**CTA per Episcopum Urbini concessionem bonorum de quibus erat controversia, Guglielmo senior ad tres generationes (sub quibus, non urgentibus contrariis conjecturis, de jure probabilius est, activam ipsius acquirentis comprehendendi, ita ut nepotes non egrederebatur.) Cum bona in Guglielmum juniores nepotem, & successivè de ultima generatione obvenissent, atque hic sine filiis deceperisset, superstitibus Theodora sorore & Petro Matthæo ex altera sorore prædefuncta nepte, quos in eius testamento etiam in hujusmodi bonis æqualiter hæredes instituit. Ota est inter istas partes controversia super dictorum bonorum emphyteuticorum successionem, prætendente Theodora, sibi soli utpô de tertia generatione, & in investitura comprehensæ convenire, excluso Petro Matthæo præcepote, non obstante testamento dicti Guglielmi, quia cum investitura haberet formam pœti & providentia, prohibitus erat emphyteutæ, qui non esset primus acquirens ex causa onerosa disponere in præjudicium vocatorum à lege investituræ ex propria persona independenter à defuncto venientium, & super hoc copiose nimisque elaboratae allegationes de partibus transmissæ fuerunt.

Pro veritate interrogatus, præsupponendo Theodoram, vel nullatenus, vel nulliter Guglielmi fratribus hæreditatem adiisse, ita ut sibi non obstatet, qualitas hæreditaria disponentis, qua concurrente, causus erat extrâ controversiam contrâ actricem, quoniam hodie tanquam absoluta recepta est conclusio derivata ex textu in L. cù à matre Cod. de rei vindic. & l. vindicante mff. de evictio, ut hæres teneatur servare factum defuncti præcisè, etiā in iuribus ex propria persona competentibus, nō obstante beneficio inventarii, quatenus vires hæreditariae suppetant, & pro quarum sufficientia in dubio est præsumptio, donec redditis rationibus de contrario per ipsum doceatur, limitata solum conclusione prædicta, vel in feudis utriusque Sicilie Regnum propter obstatum Constitutionis Constitutioem devamem.

per quam etiam ipsimet alienanti ob defectum Regi alesfus adversus proprium factum venire conceditur, sive exceptis illis casibus seu bonis in quibus expressa hominis vel legis resistentia concurrat, ita ut etiam ipsimet facienti vel hæredi de jure venire concedatur, ut suis congruis locis sapienter habetur, & in quarum limitationum casu versari facili circumstantia non suadebant, ideoque dicebam de hoc punto validæ additionis utpô præjudiciali, ac omnem questionem dirimente, congruum esse prius inspicere.

Verum procedendo etiam cum dicto præsupposito, hujusmodi hæreditariae qualitatis cessantis, Respondi quod licet in punto juris, sola que eius dispositione attenta, pro Theodora confidentes fundatè loquerentur, quia indubitatum est, feudarium vel emphyteutam, modo quo non potest fideicommissarius, quoties non est primus acquirens ex causa onerosa, & concessio habet formam pœti & providentia, non posse in extraneos vel remotores disponere in præjudicium vocatorum ex lege investitura.

Attamen contrarium in proposita facti specie dicendum veniebat, stante antiqua concordia inter Episcopum & Clerum ex una, & Commune Urbini ex altera, de qua agunt *Castrensi. cons. 244. nn. 3.* *Iib. 2. Corbul. de caus. privationis ob mortem civilem nn. 55. cum segg. & cateri deduci per Rotam in Urbinate. emphyteutis 7. Junii 1647. coram Ghislerio dec. 71. p. 10. rec.* per quam concordiam inducitur ei Ecclæsia necessitas concedendi renovationes illis, qui ab intestato vel ex testamento, quamvis extranei succederent persona defunctæ, ita ut per eam certa reddatur opinio Romani & Altobrandi ac aliorum, de quibus in *Forolivien. hoc titulo disc.* 3. quod scilicet ius petendi renovationem residere dicatur in persona ultimi morientis, & non competit nisi hæredi succedenti in universum jus morientis ejusque personam prouindè representanti; Et qua concordia stante admittitur *in dicta Urbina. 4 ten. coram Ghislerio* æqualis concursus nepotis cum patruo vel amito, quamvis de jure ex denegata in emphyteuti representatione dari non deberet, solumque in eo casu nepos excluditur, ex eo quod non esset de civibus vel incolis Urbinateibus, quibus tantum concordia suffragatur.

Ex ista enim antiqua conventione inducente necessitatem renovationis erga quemcumque hæredem, clarè inductam dicebam alterationem seu corruptionem illius naturæ, quam antiqua investitura formula importabat, ita non amplius pœti & providentia, sed merè hæreditaria censenda esset, prouindeque bona, redacta ad initia allodialium, effecta sunt libera dispositionis, eodem modo q. o ex satis rationabili, quinidem necessario commer. ii motivo, ita ex consuetudine introducuntur in Abbatia Farfensi & in Episcopatu Mantuano, & per Bonifianam in Lombardia, ut sepius in præcedentibus, *ac in Mantuana fendi tit. de fendi disc. 9. & 10.*

Cum ecenim major pars bonorum istarum Regionum in hujusmodi specie consistat, satis incertum ac infelicem vitam habitatores ducere cogentur, si cum rigorofis terminis juris communis procedendum esset, quia commercium esset eis omnino interdictum; Alia etiā licet non convincenti, attamen probabili ratione concurrente, famam esse quod bona fuerint de antiquo dominio privatorum, ab ipsis ob temporum calamitates data Ecclesiis in

## DE EMPHYTEVSI DISC. XX.

in protectionem, ab eisdem tamen sub hac lege recipienda, ut exp̄sē declaratur in motu proprio concessio per Urbanum VIII. pro eodem statu Urbini, registrato post dec. 7. apud Pastellum.

Et quamvis eadem concordia disponat, hujusmodi renovationis necessitatem intelligi debere favore illorum, in quos possessor de Episcopi seu alterius domini licentia disponuerit, unde propter reascribentes pro Theodora, pro excludendo hujusmodi concordie beneficio, magnam ac totam vim in hujusmodi licentia defēctū constituebant, Nihilominus dicebam, quod cum ex pr̄missis, bona h̄ec mērē hereditatis, & liberae dispositionis, ad instar allo dialium effecta sint, licentia Domini relevata censetur pro solo eius jure conservando, & ne ipso ignaro bona transiret ad personas prohibitas, vel in concordia non comprehensas, sive pro consecutione laudemiorū & emolumentorum, quæ per successores pro renovatione debentur, non indēramen̄ inferri posse, quod successores de necessitate hereditariam qualitatē habere debentes, de hujusmodi defēctū possint obsecere, ut à simili ponderatur per Rotam dec. 196. nn. 16. post Zacc. de oblig. Camer. ac habetur etiam deducendum in dicta Mantuanā substitut. defendis, & in dicta Farfē. hoc tit. dis. 8.

Quod clārē comprobari dicebam ex eo, quod concordia inducit renovationis necessitatem, etiam erga hereditem ab intestato, qui potest esse de cognatis, & non comprehensis in investitura, & tamen respectuistorum, verificabilis non est casus pr̄cedentis licentia; Et quamvis pro hujusmodi licentia necessitate adduceretur auctoritas Corboli de devolutione ob linea finitam ampliatione 9. Observabam tamen, illum non distinguere inter pr̄judicium domini & successorū, neque ad illos terminos descendere, sed cum terminis generalibus procedere, Et hanc dicebam mihi videri veritatem æquitatis etiam assūtentiam habentem, cum non ageretur de inclusione extranis ad exclusiōnem coniuncti, sed de sati prudenti & rationabili dispositione inducīva æqualitatis, iuxta juris communis dispositionem, ita ut morientis iudicium, aliud in effectu non operaretur, nisi remotionem illius rigoris, quem magis communis & recepta DD. traditio induxit in excludenda repräsentatione in emphyteusi; Et de ista transactione habetur in alia Urbinate, dis. 26.

## RAVENNATEN.

## EMPHYTEUSIS

PRO

ANDREA EMO VENETO

C U M

MARCO ANTONIO GORDIO CANONICO RAVENNATEN.

Casu decisus per Rotam ad favorem Eni, &amp; deinde sopusus per concordiam.

De concordia Ravennaten. circa facultatem disponendi de bonis emphyteuticis,

quomodo intelligenda sit, quas concessiones illa comprehendat, Et an locum habeat cum forensibus, qui non sint cives Ravennatenses, Et quid ubi in investitura habetur ad eam relatio, Et aliqua de jure accrescendi.

## S V M M A R I V M.

- 1 F Actis series.
- 2 In emphyteusi non habet locum jus accrescendi.
- 3 Ex quibus dedicatur vocatio omnium in solidum, & pr̄sertim de dictione cuiuslibet.
- 4 In bonis concedi soliti non requiruntur solemnitates, sed non potest solitum alterari.
- 5 De solemnitatū pr̄sumptione ex lapsu temporis.
- 6 Translatio non tribuit ius de novo, sed confirmat ius antiquum.
- 7 De concordia Ravennaten, per quam bona emphyteutica redacta sunt ad instar allo dialium.
- 8 In quibus casib⁹ concordia non intrat.
- 9 An ex prohibitione alienationis cesseret concordia.
- 10 An concordia respiciat solum interest domini vel etiam agnatorum.
- 11 Quando dicatur nec nō expirata concessio, ad effectum ut concordia non intrat, finaliter defectudur alia.
- 12 De bono intellectu concordia.
- 13 Concordia non intrat in casis mixto duplicitis prohibitions.
- 14 Dispositio de simplici non capit mixtum.
- 15 Consuetudines vel conventiones super facultate alienandi strictè intelligenda sunt.
- 16 Concordia loquuntur de civibus, & quid de forensibus.
- 17 An concordia capiat concessiones postea factas.

## N. de Georgijis.

Magdaluccia	Canclana nupta Emo
Petrus	Andreas
Jo. Baptista	Georgius
Petrus	Andreas
Elisabetta	
Stephanus qui alienavit in Gordium	

## D I S C. XX.

ER viam transactionis Abbas S. Mariæ in Cosmedin Ravennæ, de anno 1325. renovavit antiquam emphyteūm, pr̄dictis Magdalucciae & Canclana pro se sp̄sis, & eiuslibet earum filii & descendentiis masculis, & in eorum defēctūm pro masculis ex prole feminia, cum pacto non alienandi sine licentia Abbatis, neque relinquendi loco pio, & cum alio pacto, quod ipsi investiti & descendentes, emphy-